

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6500

Autre(s) référence(s) : Bates 148

Auteur(s) : Guillaume Ier le Conquérant, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Fécamp, La Trinité (abbaye)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : [1066-1087]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume [Ier], roi d'Angleterre et duc de Normandie, confirme la donation de l'église Saint-Gervase de Rouen faite par son grand-père duc Richard [II] à l'abbaye de la Trinité de Fécamp.

Tableau de la tradition

Original

A. Collection Musée du Palais Benedictine, Fécamp, Inv. 10.

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Histoire du château et des sires de Saint-Sauveur-le-Vicomte*, Valognes, Martin, 1867, n° 43.
- b. Haskins Charles Homer, *Norman Institutions*, Cambridge, Harvard University Press, 1918, plate VI (fac-similé)
- c. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, the Acta of William I (1066-1087), Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 148, p. 486-487.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 113. Haskins Charles Homer, *Norman Institutions*, Cambridge, Harvard University Press, 1918, p. 263, n° 11.

Dissertation critique

Datation proposée par D. Bates (voir BATES, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, p. 486-487).

Texte établi d'après c

Willermus gracia Dei Anglorum rex et princeps Northmannorum omnibus fidelibus quaquaversum manentibus salutem. Notum fieri volo omnibus fidelibus meis in Northmannia degentibus quod avus meus beate memorie comes Richardus dedit ecclesiam sancti Gervasi com omnibus appendiciis ad eam pertinentibus, pro salute anime sue et parentum suorum, apud Rothomagum civitatem in manu Johannis abbatis qui tunc preerat monasterio sancte et individue Trinitatis in loco qui [dicitur] Fiscannus, eo tenore ut omni tempore sit hospicium et receptio abbatis predicti monasterii et suis monachis, ita ex toto ut nullus unquam comes aut aliqua persona cuiusque ordinis cuiusque dignitatis audeat immutare aut alienare a predicto monasterio, sed semper sit hospicium ut predictum est ad receptionem abbatis et monachorum sancte Trinitatis. Igitur ego Willermus predictus rex Anglorum et princeps

et dux Northmannorum stabilio et confirmo hanc descriptionem et omnibus fidelibus meis videlicet episcopis, abbatibus et principibus et utriusque sexus hominibus confirmandam, trado et ab omni servicio archiepiscopali sit libera sicut Fiscanni abbatia, ut nullus meus heres aut archiepiscopus [seu] alicuius potestatis persona audeat infringere vel violare hanc meam donationem, sed perpetuo stabilata maneat predicto loco Fiscanni monasterio sicut iamdictum est. Si vero aliquid contra eam audaci temeritate aliquid conatus fuerit, in primis iram Dei omnipotentis incurrat, et coactus auri libras centum ad fiscum dominicum persolvat, ut confusus discat improborum temeritate non esse violanda que ob amorem Dei [maiolem] statuerit auctoritas.

Signum Willermi Anglorum regis et ducis Northmannorum. + Signum domni Rotberti [archiepiscopi]. Signum Rotberti episcopi. + Signum Gingoloi archiepiscopi. + Signum domni Johannis abbatis. + Signum Gradulfi [abbatis]. Signum Rarnerii abbatis. + Signum Durandi abbatis. + Signum Balduini comitis. + Signum Ingelranni comitis. Signum Nigelli. + Signum Osberti. + Signum Gilleberti comitis. + Signum Ricardi vicecomitis. + Signum Gozelini vicecomitis.